



Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

Hæc inter miseri feruentia funera mundi
 Pregrauis insanis pulsatur motibus archa,
 Cōpagesq; tremunt, stridens iunctura laborat.
 Nec tñ obstructā penetrat vís improba: quāquā
 Verberet, & solidam fluctu feriente fatiget:

*Archa Noe
ecclesiā p̄ræ-
figurauit.* Non aliter crebras ecclesia vera procellas
 Sustinet, & sequis nunc diuexatur ab vndis:
 Hinc gentilis agit duros sine more furores:
 Hinc Iudæa fremit, rabidoq; hanc impetit ore.
 Hereseon vesana furens ex inde carybdis
 Concutit, & Graium sapientia stulta sophorū.
 Quę quāquā inter se vario certamine pugnant,
 Debellanda tamen si quando ecclesia, gaudent
 Consensu vnanimi Christi consurgere contra
 Nauiculam: & vanis mendacia fingere verbis.
 Sed clausam vacuo pulsant impune latratu.

C A P V T X V .

TAm medium crescens archæ cōtexerat vnda,
 Cōmoratq; cauā suspendens vndiq; molem:
 Sed melius tutā facilī portante natatu.
 Quoq; vocant vndę sequitur īā mobile pondus,
 Sic nos seruati meliora in tempora, mundo
 Cedere discamus dum ducimur: omne resistens
 Si flecti

Si flecti nescit metuat vel pondere frangi
 Sed sic cedamus fluxum ne sentiat intus,
 Peccatumque trahat mens impenetrabilis nullum.
 Nauigat interea claustro commissus eunti
 Fons vite: seruatque furens super omnia pontus
 Orbis depositum, fido quod tegmine promat:
 Quum pax terrarum reddi sibi debita posset.
 Sic fluitanti vnde tellus subducitur omnis:
 Quietiam inflatque liquidum super ethera summis
 Collibus impositaque vicerunt edita lymphae.
 Delituit tectus ponto tum piniger Othrys:
 Parnassi vertex cautem non protulit altam.
 Ipsa cupressiferi latuerunt saxa Licei:
 Subductae rupes, equatque fluctibus alpes,
 Exclusis domibus totus iam denique mundus
 Axis & vnda fuit: nam cunctis morte subactis
 Regnabant pelagi syluoso in gurgite monstra.

C A P V T X V I .

ET iam vicinum pulsabant humida cœlum:
 Iacquebat quater densis manabat noctibus imber:
 Copleratque necē, nec mors quod tolleret ultra
 Inueniens iustum audebat contingere Noe:
 Freuantur tandem pluiae, resplendet & ethere,
 Redditur & cœli vultus, solque ipse reductus

Genesis. 9.